

HIERONYMI  
OSORII LVSITA-  
NI DE NOBILI-  
TATE CIVI-  
LI, LIBRI  
DVO.

Eiusdem de nobilitate Christiana  
Libritres.

OLYSSIPONE, APVD  
Ludouicū Rodericum  
Typographum.

1542.



Biblioteca d'Alfonso Santos de S.P. Ovet. Colleg.

# HIERONYMVS

OSORIVS LVDO-

uico Principi clarissimo Re-  
gis Emanuelis filio.

S. P. D.



Ostea quam beneficio tuo consecutus  
sum, ut me ad pristina studia reuoca-  
rem: in literarum meditatione multo  
ardentius quam antea uersari cœpi.  
Principio enim natura tantum impul-  
sus, ad earum artium studium me applicabam, quibus  
instructus, patriæ meæ fructum aliquem meæ erudi-  
tionis afferrem. Nunc autem cum humanitate benefi-  
centiaq; tua incensus omnes meas cogitationes ad tuam  
dignitatem & gloriam conferendas esse statuerem: ma-  
iore animi impetu mihi enitendum existimavi, ut ad ali-  
quem doctrinæ gradum peruenirem. Nec enim id cla-  
boro, ut ingenij aliqua laude fruar: sed ut incredibilem  
meam erga te benevolentiam, singularemq; grati animi  
uoluntatem, si non referenda, at saltem prædicanda  
gratia declarem. Non igitur mihi deero, quandiu  
aliud præstare non possum, quin saltem isto scribendi

a ij genere



HIERONIMI  
OSORII DE  
*Nobilitate civili, Liber  
primus.*



*V*m uarie dissensiones inter eos qui  
ijsdem legibus instituti, eademq; iuris  
societate deuinclisunt, frequenter ori-  
antur: tum nulla frequentius uniuersit  
rei pub. otium perturbat, ea quæ inter  
nobilitatem, & multitudinem concitari solet. Hæc  
autem contentio sic quamplurimas ciuitates imperio  
atq; gloria florentes afflixit, ut sæpe numero totius  
reipub. statum immutare cogeret: qua quidem re, nulla  
perniciosior communi salui excogitari potest. Si  
enim ea quæ sunt mandata literis, memoria repetamus:  
uix ullam ciuitatē tam bene fundatam reperiemus, quæ  
non fuerit hac discordia ciuali, inter primores atq; ple-  
bem orta, nimis sçpe connulsa, et in diuersas partes dis-  
sipata: ita ut modo pauci præcessent ciuibus uniuersis:  
rursus uero paucorū imperio sublato, rerum summam  
multitudinis furor occuparet. Quæ quidem mutatio-  
nes, neq; sine ferro, et infinita cæde fieri poterant: neq;  
a iiiij sine

44

AD LUDOVICI  
CVM PRINCIPEM  
CLARISSIMVM REGIS  
EMANVELIS FILIVM,  
HIEROMYMI OSO-  
RII DE CHRI-  
STIANANO  
BILITAT-  
TE.  
LIBER PRIMVS.



On tram nescius, Ludouice Prin-  
ceps invictissime, cum has nostras  
cogitationes literis mandare insti-  
tuissim, forc, ut hic noster labor, in  
doctorum hominū uituperationem  
gravissimam ueniret. Quidā enim  
temeritatis et audacię nomine me condemnabunt, quod  
tantam rem sim animo complexus, quantam uix homi-  
nes exquisita doctrina, præstantiō ingenio prædicti su-  
scipere ausi fuissent: quosdam autem offendet, quod  
neq; verum magnarum tractatione, neq; orationis or-  
natu, videbor suscepti muneris magnitudini, aliqua ex  
parte satisfecisse. Alij igitur in me prudentiam,  
alij uero ingenij uit, & acumen desyderabunt. Qui-  
bus, antequam in huius operis disputationē ingrediar,

f breuiter

